



BOLLETTINO

SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE

N. 0462

Sabato 08.09.2007

LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI CONCLUSIVE DELLE "MISSIONI CITTADINE EUROPEE" (BUDAPEST, 16-22 SETTEMBRE 2007)

LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI CONCLUSIVE DELLE "MISSIONI CITTADINE EUROPEE" (BUDAPEST, 16-22 SETTEMBRE 2007)

In data 7 luglio 2007, il Santo Padre ha nominato l'Em.mo Card. Camillo Ruini, Vicario Generale di Sua Santità per la diocesi di Roma, Suo Inviato Speciale alle Celebrazioni Conclusive delle "Missioni Cittadine Europee" che avranno luogo a Budapest (Ungheria) dal 16 al 22 settembre 2007.

La Missione che accompagna l'Em.mo Card. Camillo Ruini è composta dai seguenti ecclesiastici:

- Rev.do Mons. Endre Gaál, Preposito del Capitolo Metropolitano di Esztergom-Budapest;
- Rev.do Sac. János Székely, Vice-Direttore del Centro San Adalberto a Esztergom.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Papa all'Inviato Speciale:

• LETTERA DEL SANTO PADRE

Venerabili Fratri Nostro
CAMILLO S.R.E. Cardinali RUINI
Nostro pro Romana diocesi Vicario Generali

Evangelii nuntio inter Europaeas gentes diffundendo summum tribuit catholica Ecclesia momentum et pondus. Quemadmodum igitur praeteritis temporibus usu venit, curo strenui Dei verbi praecones, magna cum alacritate praestantem operam dederunt ut huius continentis populi ad fidem conversi in Ecclesiae gremium reciperentur, ipsique vicissim pietatis bonorumque operum exhiberent exempla, etiam nunc adsint oportet verae doctrinae ministri, qui idem faciant studioseque procurent, novam Europam spiritaliter aedificaturi.

Quod cum ita sit, proximis superioribus annis eminentes quinque Europae sacrorum Antistites suis in ecclesialibus communitatibus, sollertibus operantibus institutione quod est "Emmanuel" aliisque, multum ad novam gerendam evangelizationem contulerunt. Laudabiliter ideo magno cum fidelium spiritati emolumento "Missiones Urbanae Europaeae" sunt actae. Curo his inceptis diebus XVI - XXII mensis Septembris Budapestini finis imponatur, adstantibus reliquarum quattuor urbium Praesulibus, admodum aequum est et convenit ut

eventus congruenter reolatur et optimo iure extollatur.

Quocirca Venerabilis Fratris Nostri Petri S.R.E. Cardinalis Erdő, Archiepiscopi Strigoniensis-Budapestinensis, ac ceterorum Hungariae Episcoporum postulatis libenter subvenientes, quo res elatius agatur et luculentius, ad te, Venerabilis Frater Noster, cogitationem convertimus, cuius consiliis operaque uti solemus et ipse idoneus occurris qui eventui illi intersis personamque inibi Nostram geras. Itaque permagna moti affectione, te **Missum Extraordinarium** renuntiamus et constituimus ad celebritatem quam supra diximus communicandam.

Universis igitur participibus mentem Nostram ostendes, ut novensilis Europa sui cultus humanitatisque liquidius agnoscat fundamentum christianamque hereditatem, quam maiores nostri nobis tradiderunt servandam et demonstrandam. Omnibus Nostro nomine auctoritateque Benedictionem Apostolicam impertias volumus, quae sit animorum renovationis signum et futuro de tempore superni iuvaminis documentum.

Ex Arce Gandulfi, die XVI mensis Augusti, anno MMVII, Pontificatus Nostri tertio.

BENEDICTUS PP. XVI

[01249-07.01] [Testo originale: Latino]

[B0462-XX.02]
